



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 12. Hæc scandala magis probantur ex contentionibus,
detractationibus, contumelijs, derisionibus, injurijs & rixis, quæ ex
loquacitate proueniunt.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

Ling
gua à
natura
munis
ta.

mortem præparat inferenti; non quia talis ferri natura, sed quia vtē tis tale consilium est: ita & lingua æstimetur gladius in medio positus. Armetur aduersus peccata tua, non ad fratris plagam præparetur. Et ideo Deus eam velut muro duplici voluit circumdari. Nam dentium tegmine & labiorum custodia continetur, ne verba improuida garrulitate proferatur. Hæc ille,

CAPVT XII.

*Hæc scandala magis probantur ex contentio-
nibus, detractionibus, contumelijs, derisio-
nibus, injurijs & rixis, quæ ex lo-
quacitate proueniunt.*

Cons
tentio-
nes.

Primò, ex his scandalis nume- rantur contētiones. Hinc Pro- uerb. 20. 3. *Honor est homini qui se- parat se à contentionibus, omnes stulti miscentur contumelijs.* Tales namq; similes sunt Iudæis, qui, Deut. 31. 17. semper contentiosè egisse per- hibentur à Moyse, instructi à sa-

piencia

piencia carnali, animali, diabolica. Iacob. 3. 14. 15. 16. Nam & opus carnis est, Gal. 5. 20. vnde pugnae verborum, 1. Tim. 6. 4. Actandem ex ea conseruntur manus, & ad mortem vsq; decertatur.

Secundò, detractiones inde *Detra-
ctio.* proueniunt. Hinc Prou. 4. 24. *Re-
moue à te os prauum, & detrahentia
labia sint procul à te.* quia Psal. 100. 5. *Detrahentē secreto proximo suo, hunc
persequerbar.* Hi enim agunt contra
id, Leuit. 19. 14. *Non maledices sur-
do, nec coram cæco pones offendicu-
lum,* id est, scandalum. Maledicit
surdo, qui detrahit absenti, qui
non audit; ponit offendiculum cæ-
co, qui incautum decipit. Rectè
ergò, Sap. 1. 11. dicitur. *Custodite vos
à murmuratione quæ nihil prodest, &
à detractione parcuè lingua, quoniam
sermo obscurus in vacuum non ibit; os
autem quod mentitur, maximè de-
trahendo, occidit animam.* Detra-

ctor enim nec hominibus nec Deo
gratus. Vnde Prou. 24. 9. *Abomi-
natio hominum, detractor.* Roman.
cap. 1. vers. 30. *Detractatores Deo
odibiles.* Et Prouerb. cap. 24. ver.
21. *Cum detractoribus non commi-
scearis, quoniam repente consurget
perditio eorum, & ruinam utriusq;
quis nouit? Vide plura infra capit.
59. litera D.*

Derri-
siones
contu-
melia.

Tertiò, oriuntur derisiones,
& contumeliæ, sed vt est Prou. 19.
29. *Parata sunt derisoribus iudicia:
& mallei percutientes, stultorum cor-
poribus.* Vbi verò derisor ibi & iur-
gia sunt, quibus eiectis, eijcitur &
contumelia, vt est Prou. 22. 10, A-
lioquin Ecclesiast. 6. 1. *Contume-
liam hereditabit malus, qui scilicet
eam per linguæ continentiam non
eiecerit.*

Iur-
gia.

Quartò, oriuntur iurgia, quæ e-
tiam cessant susurrone subtracto.

Pro

Prouerb. 26. 20. *Cum defecerint li-
 gna, extinguetur ignis, & susurrone
 suberacto iurgia conquiescent. Quæ
 & inter iactabundos sunt, vt est
 Prouerb. 28. 25. Qui se iactat & di-
 latat, iurgia concitat; qui vero sperat
 in Domino, sanabitur. Eadem stultus
 prouocat. Prouerb. 18. 6. 7. Labia
 stulti miscent serixis, & os eius iurgia
 prouocat. Os stulti contritio eius, &
 labia ipsius, ruina anime. Est autem
 proprium Apostatarum à Deo, &
 religione christiana, Ecclesiastica
 & Monastica, iurgia semper & om-
 ni tempore, ne dicam, loco semi-
 nare. Id quòd in Luthero, Calui-
 no, Buccero, Oecelampadio & si-
 milis farinæ hominibus videre est,
 de quibus verissimum id, Prouer-
 bior. cap. 6. vers. 12. *Homo Apo-**

*Apos-
 tate
 descri-
 ptio
 & os.*

iurgia

*iurgia seminat. Huic extemplo veniet
perditio sua, & subito conteretur, nec
habebit ultra medicinam. quod sa-
tis superq; patet ex infelici eorum
interitu. nec ab eo dissidet Sapiens
cum inquit; Prou. 17. 11. Semper iur-
gia querit malus, angelus autē crude-
lis mittetur contra eum.*

Rixa.

Quintò, sic & de rixis dicen-
dum, quæ & inter opera carnis,
Gal. 5. 21. referuntur, quæ hinc
proueniunt. Quæ Prou. 26. 21. ho-
mo iracundus suscitatur & prouocat.
Prou. 15. 18. † 29. 22. *Qui verò, ut
est Prou. 17. 19. meditatur discordias
diligit rixas: & qui exaltat os suum
querit ruinas.* Hoc loco non est
sermo de Prophetis, & conciona-
toribus, qui ad correptionem alio-
rum rixari putantur. Vnde de se
Ieremias capit. 15. 10. loquitur, *Va
mibi mater mea: quare genuisti me
virum rixa, virum discordia, in uni-
uersa terra? non fœneravi, nec fœne-*

rauit

ravit mihi quisquam, omnes maledicunt mihi. Utinam ad huiusmodi rixas multi vterentur lingua sua, ad religionem Christianorum, quã Iudæi sectam vocarunt, cui ubiq; Actor. 28. 22. contradicitur, defendendam. Ad quem finem quòd uti lingua sua debeant prophetae & concionatores docetur infrà capite 57. numero 2.

Sextò recenset D. Paulus multa simul scandala 2. Cor. 12. 10. Contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractio- nes, susurrationses, inflationes, seditiones. De quibus vide latiùs in Thesauro nostro Biblico, in singulorum titulis.

Scandala
multa.

CAPVT XIII.

*A lingua mortis periculum pendere docetur
exemplis sacrae scripturae, & Pitagorae
taci Philosophi.*

NVnc videamus vno aut altero exemplo in medium ad-

Mors.
Maria

ducto,